Lettres du Roy

Par lesquelles il remet aux plus^rs habitans et Consuls de la ville de Figeac toutes peines civilles et criminelles par eux Encourues pour avoir contrevenu aux ord^ces sur les Monnoyes, Excepté cependant les cas ou ils auroient alloué fausse monnoye et tiré du billon hors du Royaume. Et Sa Majesté declare qu'Elle veut que les compositions f^tes par d'autres coupables desd. cas soient gardées.

Du mois de Jan^er 1354.

Joannes Dei gratia Francorum Rex universis

praesentes Litteras Inspecturis
Salutem Cum dudum super
vsu Monetarum tam nrum
quam aliarum et modo reci
piendi easdem per Nos
matura consilii deliberatione
prehabita certae ordinationes
factae fuissent et publicatae
in Regno nostro nec quis
aliquam Ignorantiae causam
pretendere posset sub certis
modis et poenis in ipsis
ordinationibus declaratis
pluresque Consules et in
habitatores Villae Figiaci
forma ipsarum ordinationum
non attenta sed tam potius
Excedendo Monetas nostras
Mercando et Etiam alias
prohibitas usque nunc a
posuerint et receperint ac
aliqui Eorumdem qui super

-pore nullam habebant potesta-
tem billonem emerint et e-
vendiderint, ac Infra Regnum
nostrum, vortuverint alias quam
debuissent praetextu in poenas
in dictis ordinationibus et
Contentas multipliciter aderunt
ex quo ipsi Consules et habi
tatores nobis humiliter suppli
cari fecerunt ut super his
misericorditer cum eisdem
agere dignaremur

Notum facimus quod si
Nos volentes dictos Consules
et habitatores Figiaci in facto
hujus modi magis gratia
et favore prosequi quam
rigorem servare tali modo
quod nobi faciant et prestare
teneantur pro facto guerrarum
nostrarum subsidium modo -

et forma quibus aliaa facere
consueverunt ad Eorumdem suppli
caonem omnem poenam crimi
nalem et civilem quam Ipsi
Incurrerunt seu Incurrisse potue
runt transgrediendo in praemissa
Mandata seu ordinationes —
praedictas Eisdem et Eorum —
cuilibet remisimus et quitta
vimus remittimus que tenore
praesentium et quittamus ac
vice de nra certa scientia —
et gratia speciali casibus —
tamen fabricaonis Emptionis
vel venditionis seu allocaonis
et Extractionis billonum facta
quomodo Libet extra Regnum
seu Eoadem duntaxat Exceptis

Volumus Etiam Compoones
seu financias et quamlibet
Earumdem seu quoadam de

dicta villa Figiaci occasione
transgressionis dictarum ordina
tionum cum certis nris commis
sariis super hoc ex parte nra
deputatis factas in suo robore
permanere nec est Intentionis
nostrae dicta qui composuerunt
et financiaverunt ut pretangitur
in Ista presenti gratia quomodo
Libet Comprehendi

Quo-circa Mandamus et
Senescallo Petragoricensi et
Caturcensi ac vicario Figiaci
ceterisque Justiciariis nris
praedictae Senescalliae et quibus
cumque Commissariis seu
reformatoribus deputatis seu
deputandis in hac parte et
Locatenentibus eorumdem
quatenus praefatos Consules
et habitatores nostra presenti

gratiæ in casu prædicto uti et
gaudere pacifice faciant et —
permittant nec contra formam
nostræ præsentis gratiæ ipsos
ullatenus Inquietent vel molestent
nro in aliis et alieno in —
omnibus jure salvo.

Quod ut firmum et stabile
perpetuo perseveret Sigillum
Castelleti parisiensis in —
absentia nri Magni præsen
tibus Litteris duximus —
apponendum.

Actum Parisiis anno 1344.
mense februarij

Aliter Sic signata per —
Consilium quo Erant Domini
archiepiscopus Senonensis,
Belvacensis et Parisiensis

Episcopi ac Dominus de Renello et propter quasdam additiones rescriptas per consilium Camerae Compotorum quae erant Dnus Episcopus Cathalaunensis et Dnus de Renello.

Chapelle Ducey